

Decreto de la Signatura Apostólica de 19 de enero de 2002

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal

Prot. N. 29550/98/B C.A.

ILERDEN.

Divisionis bonorum

(Exc.mus Episcopus Ilerdensis-Congregatio pro Episcopis)

Restitutionis in integrum adversus decretum in Congressu H.S.T. die 23 aprilis 2001 latum

DECRETUM

In causa de qua supra,

– In Congressu coram Em.mo Cardinali Praefecto H.S.T. die 23 aprilis 2001 habito, decrevit: “Recursum Exc.mi ac Rev. mi Episcopi Ilerdensis admittendum non esse atque reapse non admitti ad disceptationem coram Em. mis et Exc.mis H.S.T. Iudicibus, utpote manifeste quovis carentem fundamento relate ad decisionem qua Congregatio pro Episcopis die 30 octobris 1998 instantiam reiecit adversus decretum Exc.mi Nuntii Apostolici in Hispania diei 29 iunii 1998;

– Cl.mus Patronus Dioecesis Ilerdensis die 30 maii 2001 exhibuit litteras diei 23 maii 2001 sibi missas a novo Episcopo Ilerdensi in quibus declaravit: “Consultados mis asesores, decidimos aceptar la decisión de la Signatura Apostólica, presentado ante la opinión pública el hecho de que, con este recurso, se habían agotado todas las vías jurídicas... No deseamos que se prolongue esta situación que entorpece la buena relación que debe existir en el seno de la Iglesia”;

– Novus Episcopus Ilerdensis die 18 decembris 2001 exhibuit instantiam restitutionis in integrum necnon petiit “suspensionem executionis decreti... iam inceptae”;

His praehabitis,

Audito Rev.mo Promotore Iustitiae,

Attenta voluntate Exc.mi Episcopi Ilerdensis in praefatis (litteris expressa verbis:

“... decidimos aceptar la decisión de la Signatura Apostólica... No deseamos que se prolongue esta situación que entorpece la buena relación que debe existir en el seno de la Iglesia”,

INFRASCRIPITUS SUPREMI SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNALIS
SECRETARIUS

DECREVIT:

instantiam restitutionis in integrum a limine reiciendam esse, sicut reicitur, cum evidenter pateat renuntiatio Exc.mi Episcopi Ilerdensis iuri suo agendi coram H.S.T.

Facultas tamen est eiusdem Exc.mi Episcopi proponendi, si et quatenus, Em.mo Card. Praefecto propria argumenta contra hoc Decretum.

Et notificetur omnibus quorum interest.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis die 19 ianuarii 2002.